UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XXIX. De Photino haeresiarcha.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

δυνάμει πολλῇ κατὰ μαγνεντίου προὔπεμπε· παρεῖλκε τε ἐν τῷ σιρμίῳ, προσμένων τὰ ἐκβησόμενα·

A gentibus copiis adverſus Magnentium præmiſit. Ipſe interim Sirmij degens, rerum eventum opperiebatur.

Κεφ. κθʹ.

Περὶ φωτεινοῦ τοῦ αἱρεσιάρχου·

ΤΟτε δὴ καὶ φωτεινὸς ὁ τῆς ἐκεῖ ἐκκλησίας προεστηκὼς, τὸ παρευρεθὲν αὐτῷ δόγμα φανερώτερον ἐξεθρύλλει· διὸ ταραχῆς ἐκ τούτου γινομένης, ὁ βασιλεὺς σύνοδον ἐπισκόπων ἐν τῷ σιρμίῳ γενέσθαι ἐκέλευσε· συνῆλθον οὖν ἐκεῖ, τῶν μὴν ἀνατολικῶν μάρκος ὁ ἀρεθούσιος, γεώργιός τε ὁ Ἀλεξανδρείας, ὃν οἱ ἀρειανίζοντες ἔπεμψαν, ἀποκινήσαντες γρηγόριον, ὡς μοι πρότερον εἴρηται, βασίλειός τε ὁ ἐκβληθέντος μαρκέλλου τῆς ἐν ἀγκύρᾳ προεστὼς ἐκκλησίας, παγκράτιος πηλουσίου, ὑπατιανὸς ἡρακλείας· τῶν δὲ δυτικῶν, οὐάλης μουρσῶν, καὶ ὁ περιβόητος τοῖς τότε ἀνθρώποις ὅσιος ὁ τῆς ἐν ἰσπανίᾳ κουδρούβης ἐπίσκοπος ἄκων παρῆν· οὗτοι μετὰ τὴν ὑπατείαν σεργίου, καὶ νιγριανοῦ, καθ' ὃν ἐνιαυτὸν διὰ τοὺς ἐκ τῶν πολέμων θορύβους, οὐδεὶς ὕπατος τὰς συνήθεις ὑπατείας ἐπετέλεσε· συνελθόντες δὲ ἐν σιρμίῳ, καὶ τὸν φωτεινὸν τὸ δόγμα σαβελλίου τοῦ λίβυος καὶ παύλου τοῦ σαμοσατέως φρονοῦντα φωράσαντες, καθεῖλον εὐθύς· καὶ τοῦτο μὲν ὡς καλῶς καὶ δικαίως γινόμενον, πάντες ἐπῄνεσαν καὶ τότε καὶ μετὰ ταῦτα· οἱ δὲ ἐπιμείναντες, ἔπραξαν ὅπερ οὐ πᾶσιν ἦν ἀρεστόν·

Caput XXIX.

De Photino hæreſiarcha.

TUnc temporis etiam Photinus Eccleſiæ illius Antiſtes, dogma à ſe excogitatum multò quàm antea manifeſtiùs prædicabat. Ex quo cùm tumultus eſſet obortus, Imperator ſynodum Epiſcoporum in urbe Sirmio fieri juſſit. Conveniunt igitur illuc, ex Orientali-
B bus quidem Marcus Arethuſius, Georgius Epiſcopus Alexandriæ, quem remoto Gregorio Ariani, ſicut antea diximus, in locum illius ſubſtituerant: Baſilius, qui pulſo Marcello Ancyranæ Eccleſiæ præſidebat: Pancratius Epiſcopus Peluſij, & Hypatianus Heracliæ. Ex Epiſcopis autem Occidentalibus Valens Murſæ; & celeberrimi tunc nominis Hoſius, Cordubæ in Hiſpania Epiſcopus, adfuit invitus. Hi poſt Conſulatū Sergij & Nigriniani, quo quidem anno propter tumultus bellicos, nemo ſolennem geſſit Conſulatum: Sirmij
C congregati, cum Photinum dogma Sabellij Lybici Paulique Samoſatenſis aſſerere deprehendiſſent, ſtatim eum depoſuerunt. Et hoc quidem tanquam rectè ac jure factum univerſi & tunc & poſtea approbarunt. Sed qui illic remanſerunt Epiſcopi, aliud quidpiam egerunt, quod non perinde ab omnibus probatum eſt.

Κεφ. λʹ.

Περὶ τῶν ἐν τῷ σιρμίῳ ἐκτεθεισῶν πίστεων, παρουσίᾳ τοῦ βασιλέως κωνσταντίου·

ΩΣπερ γὰρ καταγινώσκοντες τῶν πάλαι αὐτοῖς περὶ τῆς πίστεως δεδογμένων, αὖθις ἑ-
D τέρας περὶ τῆς πίστεως ἐνομοθέτουν ἐκθέσεις· μίαν μὴν ἣν μάρκος ὁ ἀρεθούσιος ὑπηγόρευσεν ἑλλάδι γλώσσῃ· ἄλλας δὲ τῇ ῥωμαίων φωνῇ, σύμφωνον οὐκ ἐχούσας οὔτε τὴν λέξιν, οὔτε τὴν σύνθεσιν, οὔτε πρὸς ἑαυτὰς, οὔτε μὴν πρὸς τὴν ἑλληνικὴν, ἣν ὁ ἀρεθούσιος ὑπηγόρευσε· τὴν μὲν οὖν μίαν τῶν ῥωμαϊκῶν ἐκθέσεων, τῇ ὑπὸ μάρκου συντεθείσῃ συζεύξας ἐνταῦθα ὑποτάξω· τὴν δὲ δευτέραν ἣν ὕστερον ἐν σιρμίῳ ἀνέγνωσαν,

Cap. XXX.

De fidei formulis Sirmij expoſitis coram Imperatore Conſtantio.

QUaſi enim ea jam condemnarent quæ prius ipſi de fide conſtituerant, alias fidei formulas denuò promulgaverunt. Unam quam Marcus Arethuſius Græco ſermone dictavit; alias autem duas Latinâ linguâ conſcriptas, quæ nec verbis nec compoſitione inter ſe conveniunt, neque cum Græca illa à Marco dictata. Porro earum quæ Latinè ſunt editæ, alteram quidem hoc loco ei ſubjungam quæ à Marco perſcripta eſt. Alteram vero quæ Sirmij poſtea recitata eſt,